



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ethbinus Conf. 19. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. ETHBINUS CONF. 19.Octob.

Axioma est à magistro Christo dictatum, & receptum jam olim in Christianâ philosophiâ: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Indocti discipuli quam pauci hoc intelligimus, quam multi intelligere nos altum dissimulamus! At vix hoc dici audierat Ethbinus Scotus nobilis adolescentis, cum dicto etiam audiens opes egenis, se monasterio devovit. Ex hoc cum vitæ melioris magistro Winvaloco in agrum forte egressus, in hominem offendit leprâ horridum. Quod avertere oculos potuisset delicatos, Ethbinus sociique invitavit etiam. Oritur pulchrum magistri inter & tironem certamen. Hic brachiis stringere, & sanguini misericordia fovere, illi sordes & saniem velle officiosus à vultu abstergere, quin (quod æger aliter nollet fieri) generosâ siti purulentam scabiem ebibere. Scio, horres hæc legere. Sed tunc facere hæc virtus non horruit. Et ecce, (ò Superi! ô amor, qui colludere homini Deum facis!) dum saniem sperat Winvalocus, gemmam unicè pretiosam ore excipit, & mutata repente rerum facie videt Ethbinus in miseri fronte crucem utilare, videt ab alto famulos Calices advenire, & è manibus non

jam

656 VITÆ SANCTORUM. 20. Octob.
jam leprosum, sed Christum abire, am-
cissimis verbis sua utriusque præmia polli-
centem. Et finierat fabula pulcherrima,
cum iterum lis sancta exorta est, utrius
virtuti hanc Deus dedisset. Post multa
ita conveniam est: ut silentio omnia
involverentur. At frustra agitis, ô Di-
vi. Gemma vos prodidit, & vero olim
Christus prodet. Ex Surio.

*Christus tibi contubernialis sit & con-
via, imò Christus ipse tuæ sit delicia, ipse
quotidiana refectionis opulum, ipse tibi
intimæ dulcedinis sit alimentum. Cum
illo simul lege, cum illo jugiter psalte:
cum illo lectulus te dormiturum capiat,
cum eodem sopor inveniat.* S. Pet. Dam.
l. 7. epist. 6.

SS. CAPRASIUS & FIDES. MM.
20. Octobris.

UT fidem sanguine suo firmaret C^A-
P R A S I U S, F I D E S viro sug-
gescit. Nam cùm hæc anno post natum
Servatorem trecentesimo tertio pro Chri-
sto captiva in lassitudinem omnes jam
carnifices dedisset, & denique in crati-
culam abjecta esset lento igne crucian-
da; vedit è specu suâ, quā delitescebat,
C A P R A S I U S, manifestâ in luce co-
lumbam cælo adventare, quæ & rore af-
perso ardores temperaret, & fertu longè
pulcherrimo caput victoris coronaret.

Puduit